Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

beant eam naute et maxime guber
nator periclitantem deserere. etiam si
in scapham transiliendo uel etiam nata
do possint effugere. Quibus enim
metuimus ne nostra desercione pereat.
non temporalem morte que quandoque ue
tura est. sed eternam que potest si non ca
ueatur uenire. et potest si et habeatur et
cur non uenire metuimus? In communi
autem periculo uite huius cur existimemus
ubicumque fuit hostilis incursus omnes
clericos. et non etiam omnes laicos mori
turos? ut simul finiant hanc uitam
cui sunt clerici necessarii. Aut cur non
speremus sicut aliquos laicos sic etiam
clericos remansuros a quibus eis ne
cessarium ministerium ualeat exhibe
ri. Quamquam inter dei ministros inde sit
disceptacio qui eorum maneant ne fu
ga omnium et qui eorum fugiant ne
morte omnium deseratur ecclesia. Talis
quippe certamen erit inter eos. ubi utrique
ferueant caritate. et utrique placeat
caritati que disceptacio si aliter non po
tuerit terminari. quantum mihi uidetur qui
maneant. et qui fugiant sorte legen
di sunt. Qui enim dixerint pocius se fugere
debere aut timidi uidebuntur. quia
imminens malum sustinere noluerunt.
aut arrogantes quia se magis qui ser
uandi essent necessarios ecclesie iudi
carunt. deinde fortassis hi qui me
liores sunt eligant pro fratribus animas po
nere et hi seruabuntur fugiendo. quorum
est minus utilis uita. quia minor
consulendi et gubernandi pericia. que tamen
si pie sapiunt contradicent eis quos ui
dent. et uiuere pocius oportere et magis
mori malle quam fugere. Ideo sicut scriptum
est contradictiones sedat sorticio inter

potentes definit. Melius enim deus
in huius in ambiguis quam homines iudi
cant. siue dignetur ad passionis fruc
tum uocare meliores et parcere infirmis.
siue istos facere ad mala perferenda
forciores. et huic uita subtrahere quorum
non potest ecclesie tantum quantum illorum uita
prodesse. Res quidem fiet minus usitata
si fiat ista sorticio. sed si facta fuit
quis eam reprehendere audebit. quis
non eam nisi imperitus aut inuidus congrua
predicacione laudabit. Quod si non placet
facere cuius actio non occurrit exemplo.
nullus faciat fugam ne ecclesie ministerium
maxime in tantis periculis necessarium
ac debitum desit. nemo accipiat personam
suam. aut si aliqua gratia uidetur excel
lere. ideo se dicat uita. et ob hoc fugam esse
digniorem. Quis enim hoc putat nimi
um sibi placet. quisquis etiam hoc dicit omni
bus displicet. Sunt sane qui arbi
trantur episcopos et clericos non fugientes in
talibus periculis. sed manentes facere ut
plebes decipiantur. cum ideo non fugi
unt quia manere suos prepositos cernunt.
sed facile est hanc reprehensionem uel
inuidiam deuitare. alloquendo eas
dem plebes atque dicendo. non uos de
cipiat quod de loco isto non fugimus? Non
enim propter nos sed propter uos pocius
hic manemus. ne uobis non ministre
mus quicquid saluti uestre que in christo est
nouimus necessarium. Si igitur fugere
uolueritis. et nos ab istis quibus te
nemur uinculis solutis. quod tunc puto
esse dicendum. quando uere uidetur utile
esse ad loca tuciora migrare. Quo
audito si uel omnes uel aliqui dixerint.
in illius potestate sumus? cuius iram nul
lus quocumque uadit euadit. et cuius